



**Regulae Societatis Iesu**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romae, 1616**

Regulæ Præfecti Rectorij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)



# REGVLAE

## P R A E F E C T I

### Refectorij.

- 1  Vret Refectorium, & quæ eius usibus seruiunt, omnia esse quam mundissima. Curet munditatem.
- 2  Ne aqua manibus abluidis, aut mantilia extergendis desint, aduertat: horum autem (quæ bis in hebdomada saltem mutabuntur) alia Sacerdotibus, alia non Sacerdotibus destinata erunt.
- 3 Mantilia singulis saltem hebdomadis semel, mappæ vero, quæ singulis singulæ servient, bis mundæ ponentur: omnia autem linteal numerato & accipiat, & reddat.
- 4 Curet, ne vasa, & cetera in Refectorio necessaria desint, & ut quam maxime mundanda sint: cultellos autem frequenter acuere faciat.
- 5 Paruam mensam paratam habeat. Parua mensa.
- S 6 Si-

**Quando si-** 6 Signum campana temporibus suis da-  
gnum campa bit conueniendi ad primam, & secundam men-  
na dabit. sam : sed ante primum pulsum ( qui quarta-  
parte horæ secundum præcedat ) à Coquo in-  
telligat, an sint omnia parata .

**Quæ in pri-** 7 Mensæ rebus necessarijs paratæ esse de-  
mo signo, quæ bent, cum campana signum primo dabitur  
item in secun- quæ autem ad potum pertinent , circa secun-  
do mensæ ap- dum signum apponantur ; & aquæ, ac vini va-  
ponentur . sa supra orbes collocentur .

**Quæ infirmis** 8 Sit certus locus ijs, qui curæ Infirmarij  
parabit. subsunt, quibus nihil, nisi quod ab eo præscri-  
ptum erit , apponat : seruet autem cum om-  
nibus æqualitatem, nisi secus necessitatis cau-  
sa esset à Superiore monitus . sine cuius arbi-  
trio , neque ientaculum , neque aliud quic-  
quam vlli concedet .

**Ante finem** 9 Priusquam è mensa surgatur , inferan-  
præ secunda , tur orbes aliquot in mensam , vt quisque lo-  
quæ præpa- cum suum mundet : quam primum vero pro-  
randa . secunda præparata omnia habuerit , signum  
campana dabit : prouidebitque , ne defint,  
qui ministrare debent .

**Quæ supersunt** 10 Quæ ex mensis supersunt, colliget, at-  
cui tradet. que illi tradet, ad quem id ex officio pertinet,  
sive Coquus is, sive Dispensator fit .

**Notet in ta-** 11 Nomina eorum, qui domi tam in Re-  
bulz qui ci- fectorio , quam extra vescuntur , in quadam  
bum capiunt. tabula habeat , & eos qui cibum cepere no-  
tabit ; vt intelligat, qui nam supersint ; & Co-  
quum ,

suis da  
am me  
uarta  
quo in  
esse de  
abitur  
a secun  
vini va  
irmanij  
ræscri  
m om  
is cau  
s arb  
quie  
feran  
que lo  
ro pro  
ignum  
desint,  
get, at  
tinet,  
n Re  
adam  
re no  
z Co  
n,

quum, qui portiones distribuit, commone-  
faciet.

12 Mensis expeditis mantilia plicentur, Quæ post mē  
verraturque Refectorium: & si quis inter co- sam agenda.  
medendum silentium non seruauerit, aut ali-  
quid minus modestum fecerit, ipse Superiori  
significabit.

13 Habeat à Ministro catalogum in quo Qui ministræ.  
scriptum sit, quinam, & quibus diebus in pri- turi in mensa,  
ma, & secunda mensa ministraturi sint; eumq. & qui lecturi.  
ordinem seruet. Intelligat etiam sabbato qui-  
nam per hebdomadam sequentem in Refe-  
ctorio legere debeant; eosque faciat certio-  
res.

14 Catalogum habeat rerum, quæ in Re- Rerum Re-  
fectorio seruiunt: ut cum ratio ab eo requi- fectorij cata-  
retur, in promptu sit, & in loco ad id designa- logū habeat.  
to eas custodiat.

15 Ad finem recreationis, quæ vna hora Signa ad fi-  
post primam mensam, altera post secundam nem recrea-  
à prandio, & à cœna durare debet, distincta tionis.  
signa campana dabit.

